





24. num. 17.

1766, 3

22  
=

EXERCITATIONEM ACADEMICAM  
DE  
**PACTIS DOTALIBVS**  
**OB SVPERVENIENTIAM**  
**LITERORVM TOLLENDIS**

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DOMINO**  
**GVILIELMO V**  
ARAVSIONIS ET NASSAVIAE PRINCIPE  
RELIQVA

PRAESIDE  
**IO. HEINR. EBERHARD**  
I. V. L. PROFESSORE P. ORDINARIO  
SOCIETATIS ANHALT. THEVT.  
SODALI HONORARIO

RESPONDENS  
**IOANNES HEINRICVS ESSLER**  
IVRIVM CVLTOR ALLENBACO SIEGENENSIS

A D D. I V L. MDCCLXVI H.L.Q.C.

PVLICE DEFENDENDAM  
PROPONIT.

HERBORNAE LITTERIS REGELINIANIS.



LUDVICIATIONUM ACADEMICVM

DE

PACTIS DOTALIBAS  
OB SAPERAVENIENTIA  
LIBERORVM TOTIEBENIS  
LUDVICIATIONE MAGNIFICENTIA  
CLERICISIMO PRINCIPLE AC DOMINO  
DOMINO  
GAVIETIMO  
ARASIONIS ET MASSAIAE PRINCIPLE  
SOCIETY

PRÆSIDEB

JO. HEINR. EBERRARD  
LATEL PROFESSOR ET ORDINARIO  
SOCIETATIS ANHALTI THEATRI  
SODALITI MONSTRARI

RESPONDENS

JOANNES HEINRICVS ESSLER  
RHVM CULTOR ALTMVICO SECENENS  
AD M. IATL MDCCXXAI HLOC

PRÆTICE DIPENDENS

TOPOGRAPHIA

INSTITUTA LITTERIS LIBERAVENIENTIA



TRACTATIONIS IVRIDICAE  
DE  
**PACTIS DOTALIBVS**  
OB SVPERVENIENTIAM LIBERORVM  
TOLLENDIS  
EX IVRIS GERMANICI PRINCIPIIS  
EIVSDEM PAROEMIA  
*Kinder zeugen bricht Eheſtiftung*  
ILLVSTRATVR  
C O N S P E C T U S.

**D**efinitio paeti coniugum successorii § I. Sunt vel simplicia vel mixta paeta § II.  
PFENDORFII sententia § III., et aliorum rationes § IV, quibus ius Germanicum obstat § V. Diuersi, intuitu thematis nostri, casus § VI. Paroemias probatur § VII. Inde fluit: pacta dotalia dissolui matrimonio prole dilato § VIII. SENKNERGIANVM fundamentum successionis naturalis § IX. Exhereditatio iure Germanico est illicita § X; quia condominium fuit et est adhuc nonnumquam fundamentum successionis § XI. Liberi sunt condomini; quare, sine eorum consensus, parentes bona sua alienare nequeant § XII. IVRIS PROVINCIALIS CAESAREI praecepta § XIII et XIV. Aliorum sententias de iure hereditario liberis competente § XV. Dicta accommodantur paroemiae § XVI. Leges BAVARICAE § XVII. Ius SOLMENSE et leges RIPVARIOVM § XIII. Communionis bonorum coniugalis definitio § XIX. Obstant nobis aliae paroemiae § XX. Communionis bonorum coniubialis effectus, § XXI, qui § XXII-XXV ad thema nostrum applicantur. Summa tractationis § XXVI. De legitima differitur §§ XXVII et XXVIII.

§ I

**P**aesta coniugum successoria, vulgo, sed male, (a) dicta dotalia, (b) dicuntur conventiones mutuam coniugum futuram determinantes successionem. Cerram itaque tantum pactorum dotalium speciem, eam nimur, quae ius coniugum sibi inuicem succedendi definit, talem, quae, ob matrimonium liberis datum, dissoluatur, credimus.

§ II

Conventiones istas, quamquam, quod vera vocabuli demonstrat significatio, unum idemque dispositionum genus efficere non nequeunt: mirandum tamen et, ut recentiorum sequamur sententiam, insulsum doctorum ingenium, (c) esse vel simplices vel mixtas, vidit, inuenit, contendit. (d) Nam, si quaeris: quae nam species, ob superuenientiam liberorum, sit dissoluenda:

sim-

(a) Vid. dissertatione inang. de successione hereditaria coniugum ex pactis dotalibus, sub praesidio IUSTI HENN. BOEHMER, viri immortalis, ab auctore CAES. SCHEVRER V. C. 1734 Halae defensa, cap. I, § VII, pag. 15, ed. 2. 1761.

(b) Nostri: Eheberedung, Ehestiftung, Ehelich, vt in Haffia, Ehepachten, Ehegeding, Heurathbrief, Heurathverschreibung, vt nostra iura provincialia loquuntur, Ehenotul. Ehebriefe, Ehezärter, iure HAMBVRGENSI, Hellichverschreibung, Hilliche. Ita dicuntur in pacto successorio inter HEINRICHVM IV, Comitem Nassauiae, et EVAM, GERARTI, Com. Sain. filiam an. 1457 inito. Vid. summi viri, I. I. REINHARD iurisprud. historische kleine Ausführungen Th. II. p. 222, Gissae 1749.

(c) Vid. V. C. PHIL. IACOBIGR AV dissertatione de mixtura incongrua iuris Romani et Germanici in pactorum distinctione pactorum dotalium in simplicia et mixta, Marb. 1744. Conferatur tamen viri illius AEM. LVDOVICI HOMBERGK ZV VACH diff. de origine arque inde distinctionis pactorum dotalium in simplicia et mixta eorumque recta interpretatione, Marb. 1749, cap. I § VIII p. 16 &c.

(d) Nec a glossatoribus nec a causidicis hanc distinctionem originem trahere demonstravit illius AEM. LVD. HOMBERGK in diff. cit. cap. I § 4 &c.

simplicia, quae coniuges iniuerunt de futura successione, vi conuenctionis, deferenda, nominamus pacta. Altera enim species ultimae et reuocabilis voluntatis assumit naturam.

### § III

Perillustris FRIEDERICVS ESAIAS PFPENDORF, validitatem paetorum dotalium, quod ad facultatem, liberos praetereundi, excludendi aut exheredandi, parentibus competentem, attinet, ex principiis iuris Romani, in testamento obseruandis, diiudicandam esse, statuit. Verba viri huius, iuriuum priorum tam gnari, quam memoris, sic se habent: (e) quibus igitur hereditas per praeteritionem vel exhereditationem testamento auferri non potest, iis nec pacto auferri, iuris utique ratio exigit. Neque intelligitur, cur parentibus pacto successorio, quam testamento, plus in liberos licet, adeoque cum in testamento praeterire liberos non possunt: cur pacto possint. Et, hunc in modum summum appellatum tribunal Electoratus Brunsvico - Luneburgici d. 22 Jun. 1747 pronunciaffe, idem refert; (f) eti alis, ex argumentis, haud contempnendis, in alia omnia ire, placuerit.

### § IV

Aiunt dissentientes, vt paucis Benevolus Lector eorum rationes habeat perspectas: nulla, quae pactis coniugum successoris, aut mediate aut immediate, insunt, placitis Romanorum respondere. Et, permulta adesse discrimina, non negamus. Vxor Theotisca, quantum differat ab vxore Romana, quam diversa sint illius iura intuitu coniugis, viro Romano nuptiae, filiae familias, iam dudum alii docuerunt. Quis in re domestica tantus hospes existet ac peregrinus, vt naturam modorum

A 3

trans -

(e) in obseruationibus iuris omniversi tom. II, 1748, pag. 549, obs. LXXIII.

(f) l. c. pag. 550.

transferendi post mortem hereditatem eiusue partem, a Romanis neutiquam admissorum, ignoret? Doctrinae de testamentis, de vitalitio ac dotalitio, pactis successoriis, viaione prolium, bonorum communione &c. quilibet conuident. Quin caput totius testamenti, nempe heredis institutio, non tam stricte est accipiendo. Quae cum ita sint: quaestionem propositam ex principiis iuris Germanici esse diuidicandam, quilibet statuat necesse est. Ita concludunt. (ff)

## § V

Pronocant itaque ad ius Germanicum. Et nostras pariter genuina eius principia demonstrant conclusiones. Sic, si non omnia nos fallunt, id euicturi sumus: leges patria dissidentium argumentis magis obstant, quam ius Romanum, et, si, villo in casu, per pacta dotalia, liberi parte hereditatis paternae priuari possunt: id non ex iure Germanico, sed, quid quaeso? ex iure Romano esse addiscendum. Age! Periculum hac in re faciemus.

## § VI

Thematis nostri veritatem demonstraturi casus singulares se inuicem rite distinguimus. Aut enim 1) in eventum, si liberi non nascuntur; aut 2) quanquam matrimonium prole fit ditatum, paciscuntur coniuges; aut 3) liberorum plane nulla fit mentio. Tum 4) quaeritur: quanam ratione communio bonorum, siue legalis siue conventionalis, huic doctrinae applicari possit et num 5), si, quacunque demum fiat ratione, pacta dotalia subsistunt, liberi legitimam petere possint?

Ratione

(ff) Id quod, inter ceteros, monuit et demonstravit C. IOACH. GOTTL. SPARRMANN in diss. 2 de praerogatiua iuris Germanici p[re] iure Romano in materia pactorum dotalium, Gryphisw. 1742.

De primo casu nec differunt nec disceptant, qui nunc sunt, iureconsulti. Ceteros ita pertraftaturi sumus, vt, hac in exercitatione, regulam generalem, ex paroemia: *Kinder zeugen bricht Eheftiftung*: eiusque recta interpretatione, demonstrata, communioni bonorum coniugum et portioni liberorum legitimae accomodemus, cetera autem, quae obiiciunt et excipiunt, mittamus; cum principium generale: ius nempe Romanum formam pactorum dotalium, quod ad liberos instituendos praetereundos atinet, definire: sufficiat.

### § VII

Occasione paroemiacae nostrae tres potissimum proponi possunt quæstiones: 1) num sit paroemia, 2) inde aliquid probari possit et 3) quomodo sit interpretanda. Primam vniuersalis fere Germaniae, cuiusuis regionis pagiue firmet consuetudo. Adstipulantur iureconsultorum cordatissimi, nimirum 10. NIC. HERT, litterariae vniuersitatis Gissenac quondam cancellarius meritis, (g) vir perillustris, aetate et culta doctrina venerandus, 10. GE. ESTOR et vir illustris, suis meritis celeberrimus, 10. ANDREAS HOFMANN, (h) 10. STEPH. PÜFTTER, vir summus, (i) vir illustris atque eruditissimus 10. HEINR. DE SELCHOW, (ii) 10. FRIED. EISENHART, vir praeclara eruditione atque doctrina, (k) SIM. PET. GASSER V. C. (l) et alii.

### § IX

- (g) de paroemia turis Germanici L. I p. 74.
- (h) in der bürgerlichen Rechtsgelehrsamkeit der Deutschen, Marb, 1757 Th. I § 787.
- (i) in elementis iuris priuati Germanici § 286, n. 4, pag. 102, ed. 1756.
- (ii) in elementis iuris Germanici priuati § 423, not. I, p. 470, 1762.
- (k) vid. Eius Grundzäze der Deutschen Rechte in Sprakbuvörtern mit Anmerkungen erläutert, Helmst. 1759, Sect. II. par. 25, pag. 137, et in diff. de pactis dotalibus ob supervenientiam liberorum non tollendis, defensa ab auctore 10. IAC. REINHARD. V. C. Helmst. 1764, p. 23 &c. § 21 &c.
- (l) in diff. de lucro dobris marito in pactis dotalibus concessa portionem statutarianam non excludente, Hal. 1740, § 43.

## § IX

Secundam affirmamus quidem quaestionem: sed demonstratio eiusdem nostri non est instituti. (m) Tertia, cum sit intricatissima, nobis perlunganda est. Ante omnia autem monemus: mores maiorum fuisse simplices, nec hodie argutiis, quales placitis Romanorum erant immixtae, iura nostra ostentare. Regulas breues ac simplices ad causas controversias accommodabant. Nostram ergo paroemiam ita explicamus: *parta dotalia dissoluuntur matrimonio prole dictato.* Si generatim ita tolluntur: omnes eorundem species eodem perirent modo, necesse est. Cui tamen talis paroemiacae laudatae expositio moribus Germanorum contraria et nimis rigida visa fuerit, in eius gratiam, veritatem conclusionis ex iure Germanico ostendere, conabimur. Si quid videmus: alienandi facultas Theutonum restricta, regulam nostram interpretatur.

## § IX

Germani probi atque recti ex ore omnium aequitatem obserabant naturalem. Quare, si, multa de regulis iuriis naturae, de successione, ex sana ratione deducenda, differere eumque in finem principium quoddam, puta condominium, tanquam causam modumque successionis et alienandi facultatis, cum viro perillustri, L. B. DE SENKENBERG, (n) assumere, esset animus: nostra forte iamiam defendenda esset sententia. Sufficiat tamen non quidem demonstrasse, verum themati nostro solum

(m) vide viri illustris IO. FR. EISENHART kurze Abhandlung von dem Beweise durch Sprüchvörter, Erf. 1750, p. 13 §. 10, et in eiusdem kleinen Deutschen Schriften T. I n. II, Erf. 1751, 8.

(n) in disquisitione academica de successione filiarum in regnis et principatibus, ex editione, cui et praefationem, de renunciationibus et pactis reformatius adiecit, GEORG. WILH. LVD. BENECKE Giffl. 1742, cap. I et II.

solum applicasse vera et genuina , circa translationem bonorum,  
praecepta patria !

### § X

Maiores nostros nulla bona in alios per testamentum  
transtulisse, sed suos cuique liberos proximos fuisse heredes,  
testatur TACITVS. (o) Et quanquam, pacta successoria sensim  
quidem inualuisse, constat: (p) exheredationem (q) tamen  
liberorum, quibus vi antiquissime consuetudinis nemo praec-  
ferri poterat, in iis exsulem, imo, cum deinde Romana iam-  
iam saperent Theutones, non, nisi ex paucioribus, quam apud  
Romanos, caussis, fuisse permisam, satis euincunt perillustris  
L. B. DE SENKENBERG (r) nec non magnificus IO. GE. ESTOR et  
B illu-

(o) *de moribus Germanorum cap. XX,*

(p) TACITI tamen tempore eorum nullum fuisse usum euincere conatus est  
IO. P. A. LVDEWIG in diff. iur. Rom. et Germ. in partis de superstitiis here-  
dio, Hal. 1741. Huc specat paroemia; *Wer da wull seelig sterben der lasz*  
*sein Gust dem rechten Erbene*. Vid. IO. NIC. HERT fatura I paroemiarum iuris  
Germanicarum, Gifiae 1685, par. V p. IO. Adde, quae C.H.R. AD.  
BOENHART V. C., inter alios, opposuit in diff. inaug. de transmisso-  
ne hereditatis ex pacto successoris acquisitio maxime illustrum, Marb. 1763,  
§ VII, quae prodit, anno eodem, cum praefatione viri illustris, IO. ANDR.  
HOFFMANN, de incondita praerogatiuarum, dotis Romanae adscriptiarum, in ius  
commune translatione.

(q) nimur in sensu latiori sumtum, quo sub ea *exclusionem a rata heredi-  
tate* intelligimus. Ita omnino euaneunt difensus eruditorum circa  
legitimam. Alii enim toti in eo sunt, ut legitimam secundum ius Ger-  
manicum reiiciant: alii illis sepe opponunt. Videas quoslibet, aut iuris  
Germanici, aut singularium traſlationum, quae vlo modo ad legitimam,  
sue ad facultatem disponendi, illistribus et priuatius competentem, referri  
possunt, auctores. Rem ita tene. Legitimam Romanam leges pa-  
triae ignorant. Sed legitima Germanica est omnis hereditas: ut statim pau-  
cis adhuc offendui sumus.

(r) in disquisitione cit. cap. V § 45, 65 &c. et in diff. *de grauamine in*  
*legitima Romanis et Germanis visitato*, Gött. 1738 praeſertim cap. I § 4 et  
cap. III § XVII p. 27 &c.

illustris IO. ANDR. HOFMANN (s) vna cum celeberrimo quondam IO GOTTL. HEINECCIO; (t) ita, ut medio aevo adhuc incognita fuerit. Et licet mores Germanorum, inualuentibus demum legibus Romanis, (w) paulatim mutati sunt: exheredationi tamen, non nisi ex paucis, iisque grauissimis, causis, singulari modo peractae locus fuit. (x) Verba IURIS PROV. IMP. (y) digna sunt, quae hoc inserantur loco: *Der Keyser hat verboten daz kein Vater syne Kint mag erblos machen durch keyne Arglist also daz der Son sin Erbe nicht verworcht hat sunt geschrieben steht in dez riches rechte der Vater enßal daz Kint nicht enterbin der Keyser enßisse vor une.* Et quod hic vocabulum: *Erbe;* non avita solummodo bona denotet, ex capite subsequente XVI patet; vbi tres ob caussas exhereditatio permititur; id quod nunquam intuitu bonorum aitorum valet. Talem, Germanorum fide dignam, consuetudinem REFORMATIO FRANCOFVRTENSIS, (z) verbis: *Diemel aber solche Fälle der Entferbung zwischen den Eltern und Kindern in dieser Stadt bei Menschen Gedenken keine sich zugetragen hat:* illufrat. Cum ALBERTVS, Thuringiae Landgravius, degener dictus, filios suos, FRIEDERICVM, admorsum nominatum, et DIEZMANNVM exheredare, i. e. a tota hereditate excludere, voluisse: graues, hanc ob causam, inter ALBERTVM et filios eius legitimos, exortae fuerant lites, quae nec a RVDOLPHO I (a) nec ab ADOLPHO NAS-

(s) in der Bürgerl. Rechtsgegl. der Deutschen T. II p. 51 § 2978 &c.

(t) in elementis iuris Germanici tom. I p. 516 § 201 &c. Hal. 1746.

(w) perill, ESTOR et ill. HOFMANN l. c. § 2978, HEINECCIVS l. c. § 204 tom. II.

(x) HEINECCIVS l. d.

(y) cap. IX, apud perill, DE SENKENBERG in diss. cit. adi. I p. 2.

(z) P. IV T. III § IX.

(a) IO. G. LEIBER WILKE *Ticenamus, siue vita illustris principis Theodorici,* quondam iunioris Thuringiae Landgrassi &c. Lips. 1754, L. III C. II pag. 77 &c.

NASSAVICO nec ab ALBERTO I Imp. AAA. sed tandem ab HENRICO VII Imp., anno 1310, in fauorem FRIDERICI admirsi, sublatae sunt. (b) Exheredationem, an. 1473, ab ARNOLDO, Geldriae Duce, ex grauissima cauſa factam esse, referunt ii, qui illius mentionem faciunt. (c) Ex quibus satis patet: Germanos tale negotium odio prosecutos esse. Cuius ratio non in aequitatem solum, sed in alio adhuc principio latitat. (d)

### § XI

Condominium nempe, rite definiendi ius successionis norma fuit et est adhuc nonnunquam, praesertim in cauſis illustribus, mores antiquos sanctos seruantibus. Heredes insigniuntur nomine condominatorum, dominorum; vocantur *Ganerben*. Vnde post fata adhuc celeberrimus, IO. WILHELMVS WALDSCHMIDT, (e) vocem *Erbe* deriuat a *Her*, *Herre*, ut Romani *beres a herus*. Sententiam nostram plures Germanorum leges confirmant.

B 2

mant,

(b) IO. STEPH. FÜTTER, viri summi, *vollständigeres Handbuch der Deutschen Reichshistorie* 1762, p. 344.

(c) IO. FR. PFEFFINGER IN VITRIARIO *illustrato* tom. IV, Gotha 1731, p. 116.

(d) Quod ad exheredationem generatim attinet, distinguit quidem SAM. FRIED. WILLEMBERG in diss. de *matrimonio imparium*, Gedani 1717, C. I § 27, inter regnum patrimoniale et non alienabile. In hoc solummodo exclusionem filii a patre factam non admittit. Vid. quae regesta sunt a B. G. STRVY in *iurisprudencia heroicæ*, T. II, ed. 1744, p. 64 et 65, C. II § 46.

(e) in diss. de *pactis ganerbiniatum*, Marb. 1725 p. 8, § II et not. I. Add. perill. DE SENKENBERG in *primis lineis condomini pro indutio* &c. Gött. 1736 C. I § 4 p. 4 &c. 10, LEIB von den *Ganerben* 1667, cap. I apud perill. ESTOR in *den kleinen Schriften* T. II p. 357 et EL. FRIED. HEITMANN de *ausfragis conventionalibus* *Ganerbiorum nobilitatis immedia-* 728, Erf. 1728 apud Eundem I, c. p. 659.

mant, (f) et irreconsultorum cordatissimi earum sensum pluribus demonstrarunt. (g) Si tamen cui, condominium successionis quidem illustrium et maxime feudalium, non autem priuatorum, fuisse fundamentum, opponere placuerit: is perpendat: 1.) illustrium iura maxime testari de consuetudine et moribus Germanorum vniuersalibus; 2.) successionem feudalem successioni allodiali, multo magis ei, quae obtinet in bonis aunitis, fuisse accommodatam. (h)

## § XII

Nec tamen vltiorem subiectimus demonstrationem, cum ipsa communio bonorum coniugum et inde deriuandum ius succedendi nitatur condominio. Effectum potius, restrictam nempe alienandi facultatem, consideremus! His ex causis nimirum Theurones nemini facultatem bona sua, praesertim immobilia, sine heredum consensu, alienandi, concesserunt. Sed et huius veritatis vltiorem mittimus demonstrationem, cum ex

(f) Vid. IUS FEVDALIS ALEMANNICVM cap. LXV, IUS FEVDALIS SAXONICVM C. XXXII, IUS FEVDALIS CAESAREVM, ex editione perill. DE SENKENBERG in corpore iuris feudalium, ed. 1740 pag. I et passim.

(g) Consulas, qui tibi satisfacient, per illudem et acutissimum IO. IAC. REINHARD in elegantibus deductionibus: Gründliche Ausführung Ec. 1750 fol. § XIV.-XXII &c. Die Gemeinschaft als ein wahrer Grund der Erbfolge Ec. fol. 1755, in primis p. 23 &c. perill. DE SENKENBERG in diff. cit. de successione filiarum l. c. et in primis lineis iuris condomini Ec. § 20 &c. IV RECONSUL OS TVEINGENSES in der Beylage XIX ad nouissimam deductionem, quea inscribitur: Vorlegung der Wild- und Rheingrafischen Successionsfällen Ec. Carlsruhe 1763 fol. perill. ESTOR in diff. de terrarum partitionibus illustrium Germanorum inter se, praesertim ea, quea vocatur Testtheilung, Marb. 1746 p. 37 § 52 et alios, quos, finem propositum transgresuri, laudare possemus.

(h) vid. DE SENKENBERG in diff. de successione Ec. § 42. REINHARD in der gründlichen Ausführung Ec. § XVIII et IUS PROV. VARIGVM atque AVSTRIACVM ibid.

**ex antecedentibus clara et ab aliis (i) sit explanata.** Perpendemus solummodo, qualis parentibus fuerit concessa facultas de bonis suis, praesertim in pactis dotalibus, disponendi, si liberi aut iam nati, aut adhuc sperandi erant.

### § XIII

IVS PROVINCIALE CAESAREVM parentibus denegat facultatem de bonis suis, sine consensu liberorum, disponendi. Sic enim verba se habent: (k) der Keyser hat den bescheyden Luden gebenz dy Gemelt daz se met er Hant mogen merin erme Vater ob he en er erhe wollte zubringen oder vorzorn. Et in capite subsequenti: der Keyser hat eyne iclichen Manne, der Kint bet berloubet, daz her sin erbe mag angriffen do mede der Son geerbet ist aber also ez der Keyser hat usgescheiden daz ist also vel wo eyn bescheyden man kommt in scholt weder synen Willen, der hat loube von der Keyfers meyn, unn met der Kinde missin, der erbes also vel zu verkouffen daz be sine nod domede geschopte, durch der Kinde besten Wille, sunt gescrebinet, dorh de bocht nod mag der Vater der Kinde Erbe angriffen. Porro: (l) wo der Man verkouffet gut, do der Son mede geerbet ist unn vorbenget ez der Son nicht, daz geminet her weder med rechte by des Vaters Lebtagen unn ist dem Sun unn nicht der Vaters.

### B 3

### § XIV

(i) Vid. viri illustris, WOLR. BVRCHARDI, diss. inaug. de hereditate quadruplici sive de genere bonorum quadruplici in successione illistrum, Marb. 1755, c. IV § 8, acutissimi viri, c. V. GRVEN. Deutsche Alterthümer 1746, p. 3 et supra iam laudatos autores celeberrimos, L. H. DE SELCHOW in elem. &c. L. III c. II § 555, i. e. PVITER IN elem. iur. pris. § 720, IO. G. HEINECCIVM in iure Germ. T. I § 162 et 399 aliosque. Monuit tamen PRAESES in diss. de denunciatione contractus ad excludendum ius retrahit agnatorum haud necessario, Herbornae 1765, a KAR. CHR. BINZER, nunc temporis, cauilarum patrono diligentissimo, defensa, § V et VI: alienationem irreuocabilem a reuecabilis esse fecernendam, ita, vt ratione illius tantum heredum consensus sit necessarius.

(k) apud perill. DE SENKENBERG in diss. cit. de successione &c. adi. II c. XI p. 3.

(l) Cap. CIII.

## § XIV

At quispiam inquiet: leges citatas alienationem bonorum tantum, quae auita dicuntur, interdicere. Cum tamen  $\alpha$ ) ne filiabus quidem ius succedendi admittatur, (m) et  $\beta$ ) bona mobilia, quae auita non sunt, equiparentur bonis hereditariis: vocem: *Erbe*: in iure Caesareo, non bona auita solum, sed et acquisita, indicare patet. (n) Quare verba: *er erbe*: significant eorum hereditas: non autem: *eorum bona auita*. (o) Sic infuper statuitur: (p) Ouch stet anderswo geschrebin der Keyser hat dem Väter verbödin daz se er Kint icht *erbeloz*, machein, daz meynt der Keyser also, vvo eyn Vater ist der Kint bat um en *er erbe* besslich vvel vertun noch unrechter Gelüst syne Libes domede dy Kint solden vorbaz, kommen daz gut mögen dy Kint nemen -- Et cap. C. Wo eyn Man und eyn Wip gut han med eynander, daz von dem Mane kommen ist und der sin Wip gevvedemet hat, und de nicht Kinder han med enander, So mag der Man sin gut gelin weme her vvel -- Ad alienationem bonorum auctorum non liberorum tantum, sed et agnatorum consensus requiritur; quare, dictas leges et de bonis acquisitis loqui, patescit. Idem sanciunt STATVTA BREMENSIA ANTIQVISSIMA de an. 1302: (q) *Is be* (nempe maritus) oc sunder Wif oder sunder kindere, so mag be al sin gut dat he mit sine ar beyde ghewonnen heft gheven vvor he vvil.

## § XV

(m) Cap. XIV pag. 5.

(n) Cap. XI pag. 3.

(o) add. § XI supra, pag. 10.

(p) Cap. XI pag. 4.

(q) Art. I § VI. Publici juris fecit illa vir per illustris CHRISTIAN L. B. DE NETTELBLA in egregia collectione, quae inscribitur: *Gesetz* or *Iosim Gaumus &c.* 1765, 4, Part. III n. II p. 51 &c.

### § XV

Liberi itaque, cum in lucem eduntur, ipso iure condomini sunt. Vi dominii ipsis competit ius firmum in bona parentum, et, dissententes, iure, ex condominio quaefito, priuari nequeunt. Putant quidem alii: non condominium, sed ius hereditarium, liberis, statim a natuitate, competens, tribuisse illis facultatem impediendi, quo minus pater bona sua alienet. Sed parum, quod ad nostram tractationem, interest, vtrum condominium, an ius hereditarium, sit fundamentum conclusio-  
nis. Et controuersia dirimitur, simul ac iustam condominii de-  
finitionem suppeditamus. Sed satis iam verborum est.

### § XVI

Tandem instant. En! de antiquis differunt! quorū amici? — Genuina iuris Germanici principia inquirimus. Obliciunt enim dissentientes: iuritis, et legum et consuetudinum Germanicarum, principiis, nostram extendi paroemiam. Cum autem altera alteri consuetudini non debat non respondere: recte, ut speramus, paroemiam nostram interpretamur. Mu-  
tatis rite mutandis norma, quae celeberrimo IO. AD. KOPP pla-  
cuit, huc omnino referenda erit. Ait ille: (r) quicquid ex an-  
tiquo testandi modo ius statutarium in specie haud correxit, illud  
ad bacodie secundum principia iuris patrii est decadendum.

### § XVII

Sed vt omnia euadant clariora: verba antiqui IURIS BAVARE-  
CI (t) adiicere luet. Ecce! quid magis nostram corroborat  
fen-

(r) in specimine *de testamentis Germanorum iudicilibus sub dio conditis usq[ue] ungeb[und]t und ungesetz[et]*, Francof, 1736, 4, § XIV reg. IV p. 186.

(t) cap. CXIII.



Sententiam? Wo zvvey Wirtleut seint die nicht Chind haben do mag eins dem andern sein hab wohl machen und geben mit Briefen als vor geschrieben ist: gewinnen sie aber nach dem Gemecht Kinder mit einander; so soll das Gemecht ab sein. Nemo obiciat: huncce textum loqui tantum de casu primo et tertio § VI supra. Diserte enim coniugibus admittitur facultas de bonis suis pacifendi, et pactum successorium declaratur nullum, si liberi fuerint nati.

## § XIIIX

Inter alias, quae nostram illustrant sententiam, constitutiones Germanicas, laudamus praefertim LEGES RIPVARIORVM: (v) Vbi: SI QVIS PROCREATIONEM FILIORVM vel FILIARVM NON HABVERIT, omnem facultatem suam in praefentia regis, sive vir mulieri, vel mulier viro, seu cuicunque libertate proximis vel extraneis, adoptare in hereditatem. In formulis solemnis, a MARCVLFO collectis, sequentis pacti fit mentio: si coniuges aliquid pro amore dilectionis inter se inuicem donare decreuerint, hoc nostra serenitas in ipsis non renuit confirmare. Igitur venientes illi et illa in palatum nostrum pro eo, QVOD FILIORVM PROCREATIONEM INTER SE MINIME HABEREVIDENTVR, omnes res eorum inter se per manum nostram visi sunt condonasse. (w) Mores Theuronum non semper negligens ius PROV. SOLM. an. clxLXXI editum, sequentem in modum disponit: (x) — Wann zvvey Eheleute auf ihrem Hienlichstag sondere Pacta und Gedinge, wie es mit ihrer beyder Nabrunng nach ihrer oder beyder tödtlichem Abgang gehalten solt werden, aufgericht, in währendem Ehestand aber keine Kinder mit einander gezeu-

(v) tit. XLVIII.

(w) vid. formulam XLVIII, quam laudauit I. H. BOEHMER in dist. d.

pag. 17, § 8.

(x) tit. XXIII § XVI p. 281 ed. 1716, 8.

gezeugeſt, noch auch ſolche Paſta und Gedinge einmuthiglich und faintlich nicht wiederrufen noch geändert hätten: fo vvolen vorir: daß alsdann dieſelben nicht vveniger, als vwan ſie teſta-mentveiſe verfaſſet und aufgericht vworden vwaren, kraftig feyn und gehalten werden sollen. Si liberi procreantur: paſtum fucces-ſorium eodem coruit modo, ac ſi a coniugibus reuocatum eſſet.

### § XIX

Dicitis haecne ac demonſtratis obſtare videtur commu-nio bonorum coniubialis. Haec enim dicitur condominium virique coniugi in alterius bona competens. (y) Aut lege aut paſto nititur. Inde vel legalis audit vel conuentionalis. Si omnia bona, vniuersalis, ſi quaedam tantummodo, v. c. acquaeſtum, (z) complectitur, particularis nominatur.

### C

### § XX

(y) vid. vii generofiffimi et celeberrimi 10. HEINR. DE SELCHOW elementa iuriſ Germanici priuati hodierni 1762, 8, p. 511, § 469, et 10. FRIED. EISENHART, viii illuſtris et acutififfimi, progr. de natura et in-dole communionis bonorum inter coniuges tacite initae, Helmft. 1764, pag. I.

(z) Accedunt interdum et alia commoda, Ita, ſi matrimonium prole non fuerit ditatum, IUS PROVINCIALE NASSAVICVM P. IV c. VI § I p. 137, in omnia bona mobilia et dimidiā acquaeſtus partem, ſi liberi adſunt, cap. VII § III p. 140, in dimidiā, tum mobiliū bonorum, tum acquaeſtus, partem, coniugi ſuperfluti tribuit ius ſuccedendi. Vnde peculiariſ ferē communionis bonorum coniugalis oritur species. Singulariter etiam, partim ad vniuersalem, partim ad particulaarem bonorum communionem, referenda, ſanciunt antiquissima STATUTA BREMEN-SIA. Vbi; art. I, § V, in CHR. L. B. DE NETTELBELA, viii periliuſtris et eruditififfimi, Greinir or Isenm. &c. l. c. p. 49 et 50. Wer rove-lude rofamene kamen man unde vroven in echſcap, unde kindere vvinnet, ſo vwellis erer eyn ſtervet, de beerft den anderem. Sterft de man allorvet,

unde



## § XX

Variae leges prouinciales communionem bonorum vniuersalem approbant. Nititur paroemiis pariter indubitissimis, quae ideo illi, quam supra exposuimus, omnino opponi possunt. Sunt notae atque apud omnes perulgatae sequentes: *Hut bei Schleier, Schleier bei Hut; Längst Leib, längst Gut; Wenn die Dekke über dem Kopf ist, sind beide gleich reich; Der letzte macht die Thüre zu; Leib an Leib, Gut an Gut; Mann und Weib haben nicht gezweiet Gut bei ihrem Leben; Wer den Kopf hat schieret den Bart; Schopf um Schopf &c.* Sed perpendamus: quaenam superstitione coniugi, existentibus liberis, iisque legitimis, tribuantur, in communione bonorum coniugali fundata, iura!

## § XXI

Soluto nimirum matrimonio, communio bonorum vniuersalis, quatenus ad nostram spectat tractationem, efficit: vt 1) coniuges, ratione successionis, omnes ascendentis et collaterales excludant, liberis autem 2) existentibus, non succendant, sed bona defuncti coniugis acquirantur liberis. (a)

## § XXII

unde holt sic de vrouwe vvol unde herliche na eres mannes dode, de vrouwe scul mit eren kinderen vriliken sitten an erva und in allen gude. Wel se oec even Man nemet, so mach se mit deme ale des erves unde des gudes de erzo boven mach van eren kinderen enen Man nemet; De vrouwe de scul deyl nemen alle des erves unde des gudes, daran boven al ere cledere, linnen unde wullen, Kolen unde cussenne unde bedde unde Lakene, dar scul se ere Kindere afhandeln alse er ere wosied. Heft de vrouwe enen Sonne, de to sinen iaren comen is, unde eschede sinen deyl des gudes unde erves, behagheder sinen vrounden und sinen maghen, he scul nemen sinen deyl, — De kindere, de oec mit der moder bliver unghedeler, de bevert mallich den andern, de moder den kinderen, unde de kindere der moder, de unghedeler sin.

(a) Vid. celeberrimi quandam CHRISTIANI GODOFR. HOFMANN diff. de communionis bonorum coniugalium natura asque principiis, Francof. ad Viad.

## § XXII.

Cum liberi per communionem bonorum coniugalem iure succedendi non priuentur: sententiam nostram non destruit communio illa, sed illustrat eam potius et firmat. Ne condominium quidem, (b) utriusque coniugi in alterius bona competens, excludit iura liberorum. IUS PROVINCIALE NASSAVICVM (c) eam confuetudinem, qua, liberis extantibus, plus, quam dimidia mobilium bonorum et aquaebus pars, tribuitur coniugi superstati, nominat prauam, iuribus et ianae rationi contra-

C 2. *ibid ob suam iuriam.*

Viad. 1730 § VI, p. 33 et 40, ed. 2, 1755, 10. NIC. HERT epiphantes paroemiarum Germaniarum, Gissae 1710, par. XVII, p. 21, illustris CHR. HENR. BREVNING diff. de differentiis iuris Romani et Germanici in uxore Romana filiafamilias et theori societ Germanica, Lips. 1762, cap. IX pag. 31, CONR. FRIED. ZERRA diff. in ang. de communiione bonorum coniugali secundum ius Lubecense considerata, Giss. 1731, p. 20, § 24, SAM. FRIED. WILLEMBERG de pacis antemptsibus, Gedani 1727, p. 29 § 33, incomparabilis viri, 10. STEPH. PÜTTER elementa iuris Germanici priuati hodierni § 364, p. 134, et, qui patria iura acutissime inquagat, IO. HENR. DE SELCHOW elem. iur. German. priu. hodierni pag. 516 § 474, et, ab ea laudatus, IO. MAVR. WEYER de communiione bonorum inter coniuges eorumque diuifone inter liberos demortui coniugis et superstitem parentem, Leing. 1739, p. II, f. V, § 2, MARBURGISCHE BEITRÄGE ZUR GELEHRFAMKEIT, Th. III, Marb. 1749, pag. 26, 38, 74, 75, 78 et 85. De variis statutis vid. viri eruditissimi DE SELCHOW Anfangsgründung des Braunschweig-Lüneburgischen Privatrechtes, Götting. 1760, P. I, L. I, C. I, S. IV, § 276 &c. IUS MINDENSE L. II, T. II, IUS VLEMENSE P. II, T. II, IUS BADENSE P. VI, T. VI, STATUTA SVIN-FVR TENSTA T. I, IV, § 1; quantum haec minis indulgent coniungi superstiti intuita administrationis. Vid. IO. HENR. KLEIBERT de priuariis communiione bonorum coniugalis effectibus secundum statuta Suinfurtensis, Gissae 1732, p. 30, § 30.

(b) In hoc enim fundatur communio bonorum coniugalis. Vid. DE SELCHOW laudata elementa p. 511 § 469, REINHARD gründliche Ausführung &c. § XX, DE SENKENBERG cit. diff. de condominium pag. 23.

(c) P. IV, c. VII, § 1.

riam. Patet itaque: condominium, quod consuetudines Germaniae liberis adiudicant, coniugum vincere condominium.

### § XXIII

Nostra non infirmat argumenta communio particularis; cum maxime in acquaestu confitatur, ita, ut alteram partem coniux, alteram vero accipient liberi. Coniux coniugi defuncto non succedit, sed retinet, quae ipse acquisiuit. Ex re itaque, non erit multa de dicta communione facere verba,

### § XXIV

Communio paetitia connubialis dotalibus inititur conuentiobus. Quicquid ideo de his valet, ratione illius iustum esse non nequit. Quare id solummodo addimus: iura prouincialia, communionem bonorum contingalem, eum in casum: si coniugibus aliud non placuerit: determinantia, (d) pacta, effectus communionis non augmentia sed minuentia, intelligere.

### § XXV

Quae cum ita sint: fugimus, quae de prohibita, quibusdam in locis, communione bonorum, (e) nec ultra mobilia extendenda bona &c. (f) poscent annotari. Portio statutaria

(d) Vid. IUS PROV. NASS. I. C. IUS VLMENSE I. C. et praesertim STATUTA SVINFVRTENSIA I. d. &c.

(e) C. G. HOFMANN diff. cit. § II, not. a., p. 6-7.

(f) idem, l. d., p. 17-21.

in legibus particularibus definita coniugibus recte omnino tribuitur; cum lex expressa consuetudinibus derogari possit.

### § XXVI

Summa veritatum, haec est. I) Pačta dotalia ex iure Germanico sunt diiudicanda. II) Legitima datur iuris Germanici, omnia nimirum parentum bona in se comprehendens. III) Sine heredum, praesertim liberorum, consensu, nec bona aucta, nec acquisita poterant alienari. Inde IV) exhereditatio Germanis ignota fuit. Et quanquam V) coniuges successionem per pačta dotalia determinabant: nulla tamen erat, simulac liberi nasciebantur. VI) Communio bonorum communialis non destruit, sed stabilit potius nostram sententiam. VII) Paroemia itaque: *Kinder zeugen bricht Eheſtiftung*: non potest non efficere: vt pačta dotalia euaneſcant, quam primum liberi nascuntur; quanquam et hunc in euentum parentes fibi iniucem successionem sint stipulati. Quam ob cauſam VIII) DISPONENDI FACULTATEM, QVAE CONIVGIBVS TRIBVI POTEST, EX PRINCIPIIS IURIS ROMANI ESSE ADDISCENDAM, ET NON PLVS LICERE PARENTIBVS IN PACTIS DOTALIBVS, SALVA CETEROQVIN FORVM NATVRA, QVAM IN TESTAMENTIS, recte concludimus.

Clausulam: rebus sic stantibus: applicare, iura initii, et quae sunt id genus alia, exponere, a nostro instituto alienum est.

### § XXVII

Vnicam adhuc obiectionem remouendam censemus. Putant nimirum alii: (f) in pactis dotalibus legitimam adimi posse;

(f) vid. i. H. BOEHMER diff. laud p. 49 n. 1, qui tamen alias nobis accedere videtur. Vid. § III p. 5.

se ; cum illae iure Germanico, haec autem legibus nitantur Romanis. Sed vix ac ne vix quidem talis admittitur conclusio.

### § XXVIII

Legitimam omnino dari Germanicam denuo non repetimus. Sed ita ratiocinamur. Si legitima per pacta dotalia, eam ob causam, quod haec sunt institutum Germanorum, excludi potest, sequitur : legitima portione, in omnibus, ex iure Germanico illustrandis, actibus, adeoque in testamento coram Quatuor testibus condito, in omnibus omnis generis pactis successoris, in feudi noui acquisitione &c, eos, quibus illa debetur, posse priuari. Sed

SUFFICIT.




### IVXII

THESES



## THESES DEFENDENTIS.

- I Testibus testamentariis, quibusdam saltem, persona testatoris cognita esse debet.
- II Testamento peregrinantis, et eius, qui testandi causa ad locum extraneum se consert, quod ad validitatem testamenti attinet, unum eundemque tribuimus effectum.
- III In codicillis legatarii testes esse nequeunt.
- IV Filius, legatum, a patre relictum, acceptans, querelam in officio testamenti haud amittit; et ratio, ab acutissimo AVG. A. LEYSER defensa, salua est.
- V L. XV § vlt. D. de usufr. analogiae iuris est consuetudine.
- VI Actionem de eo quod certo loco in foro domicili instituendam esse affirmamus.
- VII Regula celeberrimi HEINECCI: iuramentum defertur de caussis, super quibus transfigere licet: non est firma.
- VIII Iniquum est bona naufragorum adiudicare fisco.
- XI Seruitutem altius tollendi esse ius contignationem aedibus vicini imponere, negamus.
- X Tabulis testamentariis nondum inspectis transfigere non licet.



Diss



**D**es Fleises reicher Lohn ist Ehre.  
Verdienet erndiest Du sie ein.

So theuer diese Lehre:  
So stark muß auch D<sup>E</sup>M Eifer sein.

Heil D<sup>I</sup>R als Jungling, Mann und Greis!

Leben S<sup>E</sup>C immer wohl und bleiben S<sup>E</sup>C eis Freund  
Ihres wahren Freundes und Dieners

Johann Philippus Conradi aus Herborn  
B. R. B. Opp.

**W**ohl, siege, wahrer Freund! im Streiten!  
Das Glück wird D<sup>E</sup>M Fleiß begleiten,  
Wenn Du verlangst belohnt zu sein.  
Jetzt fassme schon das Pfand des Glückes ein.

Gönnen S<sup>E</sup>C die Fortsetzung der Freundschaft  
Ihrem glückwünschenden Freunde


Johann Heinrich Oppermann aus Kalsen-  
holzhausen im Nassau Diezischen  
D. R. B. Opp.

**D**u wilst den Paradies ieho zieren  
Mit wahrem Ruhm der Ehrbarkeit.  
Du wirst D<sup>E</sup>M Lobe nicht verlören,  
Das D<sup>I</sup>R Minerva hat bereit.  
Fahrt fort mein Freund, durch edles Ringen,  
Auf Virdi Hügel D<sup>I</sup>C<sup>H</sup> zu schwingen,  
D<sup>E</sup>M Lob wird noch untrügbar sein.  
Der Himmel läßt D<sup>I</sup>R Kräfte ein.

Hiermit wollte seine aufrichtige Freundschaft bezeugen  
ein wahrer Freund  
Phil. Heinr. Burchard Susewind  
aus Loh in dem Siegenischen  
Philos. Stud.







X 2203495

Sb.

KD17





C. 24. num. 17.  
1766, 3  
22

EXERCITATIONEM ACADEMICAM  
DE  
**PACTIS DOTALIBVS**  
**OB SVPERVENIENTIAM**  
**LIBERORVM TOLLENDIS**

---

P. 39.21

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO**  
**GVLIELMO V**  
ARAVSIONIS ET NASSAVIAE PRINCIPE  
RELIQVA

---

PRAESIDE  
**IO. HEINR. EBERHARD**  
I. V. L. PROFESSORE P. ORDINARIO  
SOCIETATIS ANHALT. THEVT.  
SODALI HONORARIO

RESPONDENS  
**IOANNES HEINRICVS ESSLER**  
IVRIVM CVLTOR ALLENBACO SIEGENENSIS  
AD D. IVL. MDCCCLXVI H.L.Q.C.  
PVBLICE DEFENDENDAM  
PROPONIT.

HERBORNAE LITTERIS REGELINIANIS.

